1533. d. 4. Obris

P. Tomicius Epus Crac.
Vicecancellarius
Jo. Chojenski Epo. Premislien.

262

Rme in Christo Pater, et Domine Frater Charissime et Observande.

Dominus Ocinski Notarius Terrae Crac. ut videbit Dominatio Vra Rma; male valens ex Turcia redit, nimirum aura Pestilenti quae illic acriter sevit, afflatus, qua etiam periisse Basilium Armenum et interpretem existimant.

Is cum illic de vita periclitatus, et sumptibus non modicis, de re sua familiari quesitis, atte[n]deret Regiae Mtis negociis bene et utiliter, uservi[e]rit, videri potest, et gratiam et mercedem Mtis sua meritus.

Quare Dominationem Vram Rmam plurimum rogo, ut illum ita in Gratiam Mtis suae Commendare velit, ut isthinc nisi remuneratus saltem etiam propriis suis impensis non discedat.

In hoc factura Dominatio Vra Rma, re officio suo, dignam et tam mihi quam et reliquis recte indicantibus Gratam.

Cujus-

Cujus amori et benevolentiae, fraternae me Com
mendo, et opto illam felicissimam esse atq recte
sanam, et incolumem.

Datum Cracoviae, Die 4. 8bris Anno Do
mini 1533